posset pati. vñ etiã solucō fit penarũ. per aliũ ex fi
de. caritate illius cui applicatur per ĩtencionē. ex
quo vnũ corpus est caput. et membra id ē christus
et fideles Capite patiēte passionis vtilitas reddun
dat ĩ omnibus membris capacibꝫ . per fidem et di-
lectionē obicem non apponentibus. sed habitudi-
naliter semper dicentibus particeps ego sum om
nium timentium te ꝛc. Et si de membro particula
ri reddundat in aliud. quanto magis de capite ad
membra inferiora ꝛc.

Possunt etiã misse de sanctis
lecte. aut ď christo applicari
ad defũctos. ñ quidē ex vi v
borũ ĩ collectis et partibus
missarũ sed ex ratione sacri
ficij oblati. et deuotionis ac
intentionis offerentis seu ei
us que facit eam dici. scd̃m.
pe. de thar. et eius ad cuius instanciã ipsa missa ce
lebratur Et forte sãcti illi quibꝫ honor exhibetur
meritis suis . et precibus animabus defunctorum
plus pñt ĩpetrare de remissione reatus. quã ipse ce
lebrans. si pro defunctis celebraret in suis collectis
et epistolis seu euangelio. Cum cetera omnia ap-
plicari possunt per intentionem mediate ad defun
ctos . vt scilicet sancti illi satisfaciant pro anima-
bus Nam per opera supererogationis quibus sãc
ti ñ egent. per se illa pñt distribuere pro quibꝫ vo
lũt. q̃ sũt s̃uata ĩ thesauris ecclesie . Sic patet de

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-596/0014
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG